

PHILIPPICA Q VINTA



Exercitum Antonius ariminum præ miserat: & subsecutus ipse fuerat: in prouinciãq; Galliam uenerat: quam tradi sibi a Decimo postulauerat: Recusantem intra Mutinã obiederat. Res nunciata Romæ est: Noui consules Panfa & Hirrius Ianuarii mensis initio ilico Senatũ in Capitolium inter ipsa quæ pro se faciebant sacrificia conuocãt De Mutinæ referunt obsidione: Cic. & qui eiusdem erant factionis id agere conantur: ut patriæ hostis iudicaretur Antonius: q; Galliam prouinciã ad patriæ oppugnationem inuito senatu inuasisset: q; exercitum contra Geras in Macedoniam missum in Italiã reuocasset: q; stipatus armatis p urbẽ incessisset: domũ monisset: & omnib; supior q; annua potestas postularet: uisus esset. L. uero Piso uir cõsularis & magnæ auctoritatis qui absens e Antonium defendebat: uocandum ad disquisitionem censet: & causa indicta minime dãnandã. Assẽsum tũ Ciceroni fuisse: ut hostis iudicaret Antonius: nisi Tr. pl. Saluius intercessisset: & in sequentem diem differẽdã rem censuisset. Is quo minus & contra Antonium: & de. D. Bruto decerneretur quippiã: tam diu obstitit: quoad a senatu est prohibitus: Tunc & decimus colaudarus: q; Antonio puincia non cessisset. & Octauiõ honores decreti: ut una cum consulis exercitũ ducere: ut consularum. x. annis anteq; per leges liceret: petere posset: decretum præterea ut militibus q ab Antonio ad eũ transissent: tantũdem a populo impenderent: quantum ipse uictoribus erat pollicitus: ex quo senat; decre-

M. T. C. i. M. Antoniuũ. Philippica Q uinta.



Nihil unquam lógius kl. Iañ. mihi uisum est. P. C. quod idem intelligebam per hos dies unicuiq; uestrum uideri. Qui enim bellum cũ. R. P. gerunt: hunc diem non expectant. Nos autem tum cum maxime consilio uestro subuenire communi salutĩ oporteret: in Senatũ conuocabamur. Sed quærelam præteritorum dierum sustulit oratio Consulũ. qui ita locuti sunt: ut magis expectent kl. Iañ. q; seræ esse uideantur: Atq; ut oratio Consulũ animum meum erexit: spemq; attulit non modo salutis conseruandæ: uerum etiam dignitatis pristinæ recuperandæ: Sic me perturbasset eius sententiã: qui primus rogatus est: nisi uestræ uirtutis constantiæq; confiderem. Hic enim nobis. p. C. dies illuxit: hæc potestas data est: ut quantum uirtutis quantum constantiæ: quantum grauitatis in huius ordinis consilio esset. p. Ro. declarare possetis. Recordamini qui dies nudius tertius decimus fuerit: quantus consensus uestrum: quanta uirtus quanta constantia quãtam sitis a R. p. laudem: quãtam gloriam gratiam consecuti. Atq; illo die. p. C. ea constituistis ut uobis nihil iam sit itegrum: nisi aut honesta pax: aut bellum necessarium. Pacem uult. M. Antonius: arma ponat. roget. deprecetur. ne minem æquiores me reperiet: quãquã dum se ciuib; impiis

to re ipsa hostis Antonius e iudicatus: sed cum matris uxoris: ac paruuli filii tota nocte discurrentium: & potentioribus supplicantium lacrymis flecti cepissent: oronem habuit Ci. qua labãtes aios restituit: ea ap Appianum e. in qua oblique multa dicit in Salutum Tribunũ in Antonii odiũ eẽs rursus accendit: contradicit. L. Piso. pluribus obiecta Antonio a Cicerone diluit. Multa ipse obicit: efficitq; hostis patriæ tũ iudicet. Legatos mittendos tuadet: dehortat Cicerone & nõ mō nõ faciendũ censet: sed inutile de turpe dicit eẽ romano ipio ad eũ legatos mittere: quẽ supplicẽ deposit; armis ueniã petere: p tot peccatis & scelerib; conueniret: Acta ei; censet rescindẽda: nec consulẽ: sed hostẽ habendũ. Nihil illi credendũ monet: q utiliter latas a Cæ. dictatore leges puerterit: & nefarias ipse prius tulerit q scripserit aut pmulgauerit. Multa & uera in eũ congerit crimina: scede acturpiter ab eo facta cõmemorat. D. Brutũ laudat: ut ei. M. Lepido Octauiõ: & L. Aegnatuleio honores decernantur hortat: suã de pmiis Martiæ & Quartæ legionis: ac militi q ad consules conuenisset distribuendis pferit sniam. exordiẽ aut p locũ expectationis kalendarũ Iañ. Statim aut suader nõ eẽ his assentendũ q legatos ad Antonũ mittendos: & de pace cũ eo agẽdũ rectulissent. Est ut supiores in deliberatiuo genere hæc orõ. & si maiore exple uituperat Antonius. Nihil unq; lógius: nã expectanti animo: quod ait Seneca: Omnis celeritas mora est. Qui enim bellum: Antonium significat: & inuidiose ait: ut Venus apud Virgi. Nauibus infaudum amissis: unius ob iram. una enim dũtaxat pierat Nõ expectat: sed re agũt clauso itra Mutinã Decimo. Nos aut ac si diceret: cũ agẽdũ erat delibe rabam: & ipsi cõsultãdo cõterebam; q Demosthẽis loc; e. Magis exoptet: neq; n. sex uidebat cõtra Antonũ & decernere & agere cõsulib;: qppe q & aĩo erant pnti & certã assumebat spem cõseruandæ bonorũ salutis & libritatis recupandæ. Et; L. Pisonis. Cõsiderẽ: fore nihil psuadẽs: ut ei; dmittẽdis ad Ant. legatis sniam minie se qmini. Nudi; tertiusdecim;: nũc dies e tertiusdecim; quo die Cicero duas pxias hũit orõnes ad. P. C. & ad Quirites. Ea cõstituistis: laudãdũ Decimũ: & puiciã Gallia Octauiõ honores decernẽdos: legionib; Martiæ & Iuntæ pmiã pmittẽda. Integrũ: libez. Honestã pag;: si Antoni; armis depositis pro peccatis & facinoribus suis uentã supplex petat. Pacẽ uult: hoc. L. Piso etus noie dicebat.

Cōmendat: illis gratifican-
do & omnia quæ uelint indul-
gendo. Grauiſſimum iudi-
cium: quicquid ageret contra
ueſtram agere amplitudinem:
& qui ei aduerſantur recte face-
re. Eos duces: Octauium: De-
cimū Brutum. in colonias: in
campaniam & alia loca. Ab
Antonio: quem Iulius deducē-
dis præfecit colonis. Nō dū
haberetis: qui nondū magistra-
tum inierant. Imperatorum:
Octauii & Decimi. Dieſ. xii.
ex quo quæ dixit decreta erāt.

Cotylam: is uiferat ex im-
puris & nefariis q̄ Antonii ſe-
quebantur. Meum: ironice: &
p̄ iocum ſic ait. Patronus cō-
ſulares: deſenſores: & L. Piſo-
nem tāgit. Eſt enim opinio
id enim ab Antonii amicis ta-
ctabatur. Decreturū aliquē
aut Salutū Tr. pl. aut L. Piſonē
ſignificat. Neruos belli: ſic ap-
pellat pecuniam belli neruos:

Tu: aperte in L. Piſonem &
Saluū dicit. quoz̄ uterq; iō
ſe dicebat Antonii defendere
q̄ amicus ille eſſet: Quā pa-
triæ: quæ una oēs omnium ca-
ritates cōplexa eſt: ut ait Cl. in
oſſi. Mihi pecuniam attribuit:
uerba ſunt Antonii defenden-
tis: ideo defendo qm̄ mihi pe-
cuniam tribuit. Cicero uero ſu-
biicit Cupio uidere qd̄ ad hæc
audeat rñdere: ac ſi dicat nega-
re nō poterit. An nō cadunt
& c. obiectio eſt cui rñdet Cice-
ro: ne Cotyla quidē Antonii
aſſecta hæc diceret. Fas leges
de quibus in prima philippica
ē dictum. Ille Iulius. Palu-
des: pontinas: qd̄ in ei⁹ uita in-
quit Tranquillus. Moderato
homini: ironice. L. Antonio:
fratri: quem Tr. pl. diuidūdis
p̄ totam italiā agris ꝑfecit.

Hanc legem: de triuirtis di-
uidēdoz̄ agroz̄. neq; n. roga-
tus fuerat populus. & cum legē
tulit Antonius: agi cum popu-
lo propter tonitrua & imbres
effuſiſſimos non poterat. Fer-
ri potuit: ac ſi dicat mime.

Augur uerecūduſ: ironice.

Interpretatione: declaratōe
augurū: cum apta ſint per ſe.

cōmendat: inimicus eſſe: q̄ amicus mauult. Nihil eſt ꝑfecto
quod dari poſſit bellum gerenti. erit fortaffe aliquid: quod con-
cedi poſſit roganti. legatos uero ad eum mittere: de quo grauif-
ſimū iudiciū nudius tertius decimus feciſtis: nō iam leuitatis
ē: ſed ut quod ſentio: dicā: dementia. primum enim eos duces
laudauiſtis: qui contra illum bellum ꝑuato conſilio ſuſcepif-
ſent. Deinde milites ueteranos: qui cum ab Antonio in coloni-
as eſſent deducti: illi⁹ beneficio libertatem. P. R. antepoſuerūt.
Q uid legio Martia? Q uid Quarta? cur laudantur? Atqui cū
Conſules: non dum haberetis: decreuiſtis: ut & de ꝑræmiis mi-
litum & de honoribus Imperatorum: ꝑrimo quoq; tempore re-
ferretur. Placet eodem tempore ꝑræmia conſtituere iis qui con-
tra Antonium arma ceperunt. & Legatos ad Antonium mitte-
re: ut iam pudendum ſit: honeſtiora eſſe legionum decreta:
q̄ Senatus. Siquidem legiones decreuerunt Senatum defende-
re contra Antonium Senatus decreuit Legatos ad Antonium
mittere. Vtrum hoc eſt conſirmare militum animos: an debi-
litare uirtutem? Hoc dies. xii. ꝑfecerunt ut quem nemo ꝑræ-
ter Cotylam meum inuentus ſit: qui defenderet: is habebat iā
patronos etiam Conſulares. qui utinam omnes ante me ſenten-
tiam rogarentur: quanq̄ ſuſpicor quid diſturi ſunt quidam eo-
rum: qui poſt me rogabantur: Facilius contra dicerem: ſi quid
uideretur. Eſt enim opinio decreturum aliquem. M. Antonio
illam ultimam Galliam quam Plancus obtinet. Quid hoc ali-
ud eſt: q̄ ad bellum ciuile hoſti arma largiri? Primum neruos
belli pecuniam infinitam qua nunc eget: deinde equitatū quā-
tum uelit: equitatum dico. Dubitabit credo gentes Barbaras ſe-
cum adducere: hoc qui non uidet excors: qui cum uidet decer-
nit: impi⁹. Tu ciuem ſcleratum & perditum gallorum & ger-
manoz̄ exercitu pecunia ꝑeditatu eq̄tatu copiis: iſtrues? Nul-
læ iſtæ excuſationes ſunt. me⁹ amicus ē. ſit ꝑriæ ꝑrius. meus co-
gnatus: an ꝑōt cognatio ulla ꝑꝑior eē: q̄ patriæ: in q̄ etiā paren-
tes continent? Mihi pecuniam attribuit. cupio uidere qd̄ audeat
dicere: qd̄ aut agat: cū apuero: facile erit ſtatuerē quā ſniam di-
catis aut ſequamini. Agit utrū. M. Antonio facultas det̄ oppri-
mendæ. R. P. cædis faciēdæ: bonoz̄ diripiēdoz̄: Vrbes: agros
ſuis latronib⁹ cōdonandi Populū Ro. ſeruitute opprimēdis:
An hoz̄ nihil facere ei liceat. Dubitate qd̄ agatis: at nō cadunt
hæc in Antonii: hæc ne Cotyla qd̄ dicere auderet. Quid. n.
in eū nō cadit? q̄ cui⁹ acta ſe defendere dicit: eius eas leges ꝑ-
uertit: q̄s maxime laudate poteram⁹. Ille paludes ſiccare uolu-
it. Hic omnē Italiā moderato homini. L. Antonio diuidendā
dedit. quid hanc legem. p. r. accedit? Quid ꝑ auſpicia ferri ꝑ-
tuit. Sed augur uerecundus ſine Collegis de auſpicis non in-
terpretaretur: quāquam illa auſpicia non egent interpretatione

PHILIPPICA QUINTA

Ioue tonante: hoc idem Cicero ipse libro de diuinatione Tribuni pl. præcipue propter L. Antonium dicit quo tribuno factam est. Contra acta Cæsaris: quibus uoluit ne prætoriarum prouinciæ plusq̄ annum: Consulares plusq̄ biennium obtinerentur. Ille Iulius: Isti tribuni. Hanc legem de prouinciis ante lata q̄ scripta: scribebat. n. prius: trinundino promulgabat: in æs inde incidebat: & tunc demum lata dicebatur. Sed hæc neq̄ scripta: neq̄ promulgata: lata ab Antonio afferebat. Vbi lex Cæcilia & Didia: quas Cæcilius & Didius tulere de rogandis legibus: ut nullam uim haberent nisi magistratus populū rogaret: & populus sciret: nisi ite

trinundino promulgarentur proscriptæ: hoc est tribus nūdinis recitarent: cū oīs etiā ex agris adesset multitudo ut si quis uellet intercedere posset. Vbi promulgatio: hic distinguendum. Trinūdinū: ubi trinūdinū. Poene: statuta. f. Recenti: nuper lata: Iunia & Licinia: quam Iunius & Licinius tulerunt: superiores leges a Cælio & Didio prius latum confirmantes: grauiores poena adiecta. Hæc leges: latae ab Antonio de prouinciis: Cui nulli. Quæ porro: & prohibuit intrare forum Antonius & tonante Ioue tulit leges. Hunc dubitabit: ac si dicat dubitare nō poterit: Cū collega: Dolabella. Eius collega in augurato. Septis reuulsis: repagulis & cancellis: quibus undiq̄ foris septū fuerat: qd̄ fiebat comitali die. Ouidi: Est quoq̄ quo populū fas ē includere septis. Videres: uideret q̄spitā. Nō teneri: nō esse obnoxium. De integro: denuo ut iterū rogen: ac si rogare nōdum eēt Septies milites: hæc pecunia ad ædē fuerat opis: quā trāstatiā uocat Tranq̄. Hoc est cōem & in medio positam. Falsis prescriptionibus donatis onibus: dicens a Cæsare in cōmentariis prescriptū hoc est asignarū donatūq̄ cuiptā eē. Verita possessione respu. ad possessionē usq̄ priuatū p̄ fraudē transtulit. alii prescriptonibus legant: hoc ē p̄ scribendis & in exiliū mittēdis romanis ciuibus: eorūq̄ hoīs publicandis ac uendendis ut p̄feri p̄tio legat hoc ē rei uendicatio nō procedit. Immunes quæstus: lucrū factū ex imunitatibus puiciis: ciuitatibus & priuatis hominibus cōcessis. In æs: ut rata essent. Exhaustis oibus concedens q̄ emere q̄piā uellent. Mulier: Fulvia. Sibi scelicior q̄ uir: quæ. n.

augurum. Ioue enim tonante cum. P. R. agi non esse fas: quis ignorat? Tr. ple. tulerunt de prouinciis contra acta Cæsaris ille bienni: isti sexenniū. Nunc etiam hanc legem. P. R. accedit? Quid promulgata fuit? quid non ne antelata q̄ scripta? nonne ante factam uidemus: q̄ futuram q̄quam est suspicatus? Vbi lex Cæcilia & Didia? Vbi promulgatio. trinūdinem? Vbi poene recenti lege iunia & licinia? possunt ne hæc leges ratae esse sine interitu legum reliquarum? & cui potestas in forum introeundi fuit? Quæ porro illa tonitrua? quæ tempestas? Aut si auspicia. M. Antonium non mouerēt: sustinere cum aut ferre posse tantam uim tempestatis hymbri ac turbinum mirum uideretur? Quam legem igitur se Augur dicit tulisse: Non modo tonante Ioue: sed prope celesti clamor prohibente? Hanc dubitabit contra auspicia latam cōfiteri? Quid quod cum eo collega tulit: quem ipse fecit sua nuntiatione uitiosum? Nihil ne ad auspicia bonus Augur arbitratus est pertinere? sed auspiciorum nos fortasse erimus interpretes: qui sumus ei? Collegar. Num etiam armorum interpretes quærimus? Primum omnes fori aditus ita septi ut etiam si nemo obstaret armatus: tamē nisi septis reuulsis introiri in forum nullo modo posset. sic uero erant disposita præsidia: ut quomodo aditus hostis prohibetur a Castellis & aggeribus: ita ab ingressione fori populum Tr. q̄. Pleb. propulsari uideres. Quibus de causis eas leges quas. M. Antonius tulisse dicitur: omnes cenfeo per uim & contra auspicia latas. hisq̄ legibus. P. R. non teneri. Si quam legem de actis Cæsaris confirmandis: deue Dictatura in perpetuum tollenda deue Coloniais in agros deducendis tulisse. M. Antonius dicit: easdem leges de integro ut populum teneant: saluis auspiciis ferre placet? Quæ uis ergo bonas leges uitiose per uimq̄ tulerit: tamen ex lege non sunt habendæ: Omnisq̄ audacia gladiatoris amentis autoritate nostra repudianda est. Illa uero dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est per quam speciem milias falsis prescriptionibus donationibusq̄ uertit: ut portenti simile uideatur: tantam pecuniā. R. p. tam breui tempore perire potuisset? Quid illi immunes quæstus? ferendi nos? Nos. M. Antonii tota excusat domus: decreta falsa uēdebat. regna: ciuitates. immunitates in æs accepta pecuniā iubebat incidi. Hæc se ex cōmentariis Cæsaris quorum ipse auctor erat agere dicebat. In interiore adium parte: totius. R. p. nundinæ mulier sibi scelicior q̄ uir actiōem prouinciarum regnorumq̄

garet: & populus sciret: nisi ite

trinūdinū: ubi trinūdinū. Poene: statuta. f. Recenti: nuper lata: Iunia & Licinia: quam Iunius & Licinius tulerunt: superiores leges a Cælio & Didio prius latum confirmantes: grauiores poena adiecta.

Hæc leges: latae ab Antonio de prouinciis: Cui nulli.

Quæ porro: & prohibuit intrare forum Antonius & tonante Ioue tulit leges. Hunc dubitabit: ac si dicat dubitare nō poterit: Cū collega: Dolabella. Eius collega in augurato. Septis reuulsis: repagulis & cancellis: quibus undiq̄ foris septū fuerat: qd̄ fiebat comitali die. Ouidi: Est quoq̄ quo populū fas ē includere septis. Videres: uideret q̄spitā.

Nō teneri: nō esse obnoxium. De integro: denuo ut iterū rogen: ac si rogare nōdum eēt Septies milites: hæc pecunia ad ædē fuerat opis: quā trāstatiā uocat Tranq̄. Hoc est cōem & in medio positam.

Falsis prescriptionibus donatis onibus: dicens a Cæsare in cōmentariis prescriptū hoc est asignarū donatūq̄ cuiptā eē.

Verita possessione respu. ad possessionē usq̄ priuatū p̄ fraudē transtulit. alii prescriptonibus legant: hoc ē p̄ scribendis & in exiliū mittēdis romanis ciuibus: eorūq̄ hoīs publicandis ac uendendis ut p̄feri p̄tio legat hoc ē rei uendicatio nō procedit. Immunes quæstus: lucrū factū ex imunitatibus puiciis: ciuitatibus & priuatis hominibus cōcessis. In æs: ut rata essent. Exhaustis oibus concedens q̄ emere q̄piā uellent. Mulier: Fulvia. Sibi scelicior q̄ uir: quæ. n.

ex beneficijs uenditionibus accipiebat etiam conseruabat: cum uir ipse effunderet illico. Quasi lege: quia dicebatur lege Cæsaris restitutus: quæ esset in commentariis: cum tamen nulla esset. Quæ: omnia ab Antonio acta Cōmentitijs. fictis. Cōminisci fingere est. Falsa: quæ senatus neq; decreuerat neq; uouerat. Syngraphæ: Cautiones p contrahentium scripturnam factæ. Senatus consulta tanquam facta: ac si re uera senatus fecisset: in ærarium referebantur: ubi & leges & senatus decreta in æs incisa reponerantur. Etiam exteræ nationes: quibus beneficia & priuilegia concedebantur.. Hoc genus: pecuniæ. Legem iudiciariam: de qua in prima philippica est dictum. Homo castus ironice.

Antesignanos: centuriones & qui ordines duxerant. Antesignani uero ante signa collocabantur: ut principili manipulares: qui præerant duabus centurijs hoc est ducentis quin quaginta sex. Alaudas. ex illa legione Alaudarum: de qua prius est dictum. Cōfessum duo significat: cōfessus locum & multitudinē: ut senatus ^{συνε} ^{Λπιον} græci dicunt. Pauet animus: eorū qui causas orant dicere pro reo apud illud concilium & apud Cydam Cretensem: qui insulæ Cretæ portentum est. Num ex iudicijs dicitur. scilicet est ex his qui deligi iudices solent. Leges: quæ scriptæ sunt. Mores: qui sunt in consuetudine: nam quod ait Vulpianus: Inueterata consuetudo p lege non immerito custoditur & hoc ius est quod dicitur moribus constitutum. Eriā nostris ciuibus: qui multi nota alia qua digni non ducuntur. Cortynium: ex ciuitate Cortyna: quæ illustris fuit in Creta insula. abest autem ab Africano litore stadiis nonaginta in cæpo sita. auctor Strabo. Nam lysiadem: & hunc in iudicium numerum elegerat Antoni⁹: corruptissimis & foeditissimis moribus: & si Phedri philosophi epicurei insignis ea tempestate: filius erat Lysiadem hunc locatur Cicero. Festius: iucundus & lepidus. Cum. M. Curio: is scurra erat: aleator & im-

purissimus: unus ex iudicibus Ab antonio delectis: Conuenire: consentire & cōgruere: nam magna inter molles concordia. Citatus iudex ut in consessum ueniat iudicium per utatorem uocatus. Areopagites esse: iccirco adesse non debere: nec cogi posse quod Areopagites hoc esse atheniēsis iudex sit. Areopagus locus fuit iudicii athenis in quo primum capitulis iudicium actum est: quod ait Plinius: & ubi de cæde iudicabatur. & quoniam in eminenti loco situs erat: πρυτανειον composito nomine cum ορησ qui Mars est pugne & cædis deus appellabatur. Aeschylas iccirco hoc loco nomen dixit esse: quod ad eum usq; locum Amazonas duxere exercitum: quæ Martis fuere: uel quoniam illis sedentibus diis a Neptuno accusatus est Mars quod Allirothoum eius filium occidisset: quod ille fecit compressa per uim ab eo alcipe filia sua & Agraules Cecropis filia: qua de re extant declamationes apud græcos. Is qui quæstioni præerit: Antonius: qui indagandæ rei spositus: & excusationi munus reicientiū. Modo palliati: pallio uetatis: quo habitu græci utunt. unde palliata eloquētia: & fabula palliata hoc ē græca dicitur. Toga. n. romanorū uestis fuit. Et Virg.

faciebat. Restituebantur exules quasi lege. sine lege. quæ nisi auctoritate Senatus rescindant: quoniā ingressi in spem. R. P. recuperandæ sumus: imago nulla liberæ ciuitatis relinquet. Neq; solum cōmentariis cōmenticijs chyrographisq; uenalibus innumerabilis pecunia cum gesta in illam domum est: Cū quæ uidebat Antonius ea se ex actis Cæsaris agere diceret. Sed Senatus etiam Consulta pecunia accepta falsa referebat. Syngraphæ obsignabantur. S. C. tanq; facta ad ærarium referebantur. Huius turpitudinis testes erant etiā exteræ nationes: fœdera interea facta. regna data. populū prouinciæq; libertatæ: earum rerū falsæ tabulæ gemente. P. R. toto capitolio figebantur. Quibus rebus tanta pecunia una in domo coaceruata est: ut si hoc genus in unum redigat: non sit pecunia. R. p. defutura. Is etiā legem iudiciariam tulit: homo castus atq; integer iudiciorum & iuris auctor: in quo non sefellit. Antesignanos & Manipulares & Alaudas iudices se cōstituisse dicebat. At ille legit aleatores. legit exules: legit græcos. O cōsensum Iudiciū præclarum o dignitatē consilii admirandam: Pauet animus apud illud cōsiliū pro reo dicere: Cycā Cretensem: portentū insulæ: hoīem audacissimū & peditissimū. sed fac ita nō eē: Nū latinæ scit: nū ex iudiciū genere & forma: nū leges nras mores ue nouit: num deniq; hoīes: Est. n. uobis Creta notior: q̄ Roma Cydæ. Delectus aut & notatio Iudiciū etiā in nris ciuib⁹ hri solet. Cortynium uero Iudicē q̄s nouit: aut q̄s nosse potuit: Nam Lysiadem atheniensem pleriq; nouimus. Est. n. phedri philosophi nobilis fili⁹: hō p̄terea festiu⁹: ut ei cū. M. Curio cōfessore eodē & collutore facillime possit cōuenire: Quæro igit si Lysiadem ciuitatus iudex nō responderit: exculere: Areopadites eē nec debere eodē tpe Romæ & Athenis res iudicare: accipiet ne excusationē is q̄ quæstioni præerit: Græculi Iudicis mō palliati modo

ait Romanos rerum dños gentemq; rogatam. An athenensium antiquissimas leges negligat quibus cauebatur ut qui Areopagites esset: aliis iudiciis adesse iudicaturus non posset. Tanti. n. faciebant in Areopago iudicare ut turpe ducerere si quis alibi iudicaret: qui iudex in eo iudicio fuisset. Cretēsis iudex: Cydas. Alleget: ius sum explicet. Papinius: Allegentq; suos uterq; a sanguine diuos. Accedatur: Cydas.

Dura: difficilis inexorabilis. Natio: cretēsis. Periculū fortunæ q; fortunæ uarietatē experiunt quorūdie: hi solent eē humaniores: sed locat & periculū significat pecuniarū & bonorū: qđ in alea Curio faciebat.

rogati? An athenensium antiquissimas leges negliget? Qui porro ille concessus dii boni: Cretēsis iudex: itq; nequissimus quē admodū ad hunc reus alleget? quomodo accedatur. dura natio est. at athenienles misericordes. puto ne Curiū qđem eē crudelem: qui quotidie periculū fortunæ faciat. Sunt item lecti iudices: qui fortasse excusabuntur. habent. n. legitimā excusationem: exiliū causa solum uertisse. nec esse postea restitutos. Hos ille demens iudices legisset. Horū nomina ad ærarium detulisset. His magnam prem. R. P. credidisset. si ullam speciem. R. P. cogitauisset. atq; ego de notis iudicibus dixi. quos minus notis: nolui noiare. Saltatores Citharistas: totū deniq; comelationis antonianæ chorū in tertiam decuriā iudicum scitote esse collectum. Hæc cā cur lex tam egregia tāq; præclara maximo himbri tempestate: uentis procellis: turbinibus inter flumina & tonitrua ferret. ut eos iudices haberem? quos socios ad epulas hñe hospites nemo uelit. Scelex magnitudo: cōscientia maleficorū: direptio eius pecuniæ cuius rō in æde opis confcā est: hanc tertiam decuriā excogitauit nec ante turpes iudices quæsitū q̄ honestis iudiciis nocentiū salus desperata ē. sed illud os: illam impuritātē ceni fecissent: ut hos iudices legere auderet: quorū lectione duplex imprimeret. R. P. dedecus. Vnum q; tam turpes iudices essent. Alter q; patefactā cognitūq; esset q̄ multos in ciuitate turpes haberemus. Hanc ergo & reliquas eiusmodi leges etiam si sine uī saluis auspiciis essent rogata: censerem tñ abrogandas. Nunc uero cur nō abrogandas censeā: quas iudicio nō rogatas. An illa nō grauissimis ignominiiis: monumentisq; hui? ordinis ad posteritatis memoriā sunt notanda: q; unus M. Antonius in hac urbe post cōditā Urbē palā secum habuit armatus: qđ neq; Reges fecerunt neq; ii q; Regibus exactis regnū occupar uoluerūt. Cinnā meminī: uidi Sillā: mō Cæsarē. Hi. n. tres post ciuitatē a. L. Bruto libertā plus potuerūt: q̄ uniuersa Respu. Nō possum affirmare nullis telis eos stipatos fuisse. hoc dico: nec multis & occultis. & hæc pestē agmen armatorū sequebat. Classitius mustela Tyro gladios ostentātes sui similes greges ducebāt p̄ for. certū agminis locū tenebāt Barbari sagittarii. Cū autē erat uentiū ad ædē cōcordiæ: gradus cōplebant. lecticæ collocabant. nō q; ille scuta uellet occulta eē: sed ne familiares si scuta ipsi ferret laboraret. Illud uero teterri mū auditū nō mō aspectu. In cella Concordiæ collocari armatorū latrones sicarios. e tēplo carcerē fieri. aptis ualuis cōcordiæ

Solū uertisse locū mutasse: & in exilium q; soluendo non esset: abiisse: Ille demens: Antonius. Horum noīa iudiciū. noīa in æs incidebātur & ierarium deferbant. Saltatores: tripudiantes. salto. n. tripudio est: & saltatio tripudium. Cōmessationis: lasciuior cōuict? & amatorius cōmessatio dī a uicis: quos græci ΚΟΜΗΟΥ uocant. in his enim habitauerunt priusq; oppida conderent: qb? in locis alios conuictus grā inuitabant. In tertiā decuriā excenturionib? uoluit deligi.

Scelex magnitudo hæ causæ Antonio fuere decuria illā eligendi ut eius bñificio tutus eēt: & si forte scelex suorū accusaretur iudiciū elaberet. Nec ante: tunc demū turpes quæsiuit iudices Antonius: cū ai aduertit p̄ honestos iudices obrineri nō posse: ut nocētes & scelerati salui eēt. nā boni uiri q; prius iudicabāt. minime Antonio d̄ iprobis gerebant: quos libere & audacter cōdēnabant. Et illud. impudentissimū. Ceni fecissent: honesta iudicia p̄ uilissimo & sordidissimo habuissent: Notanda locutio facio te ceni: ut si dicas facio te stercoris. Cenū autē lutum est.

Ut audiret: ab honestis speratus iudicis. Imprimeretur: ueluti cauterio equo nota inuritur. Cinnā & Syllā: quorū uterq; dictator & insigni crudelitate. Hæc pestē: Antonius. Classitius Mustela Tyro: Antonii assecclæ: scelerati & impuri ac ueluti duces agminis nefariorū quos armatos habebat Antonius. Barbari sagittarii: ithyrei. Ad ædē Cōcordiæ ubi senatus habebat. Lecticæ collocabantur: in quibus repositam erant arma. Subsellia: ut subsipit iquit Varro dī quod nō plane sapit: sic quod nō plane erat sella subsellium: Tribunorū Triuiuorū Quæstorū: & minora iudicia exercē

cium Subsellia dicit esse Aconius: qui non in sellis currulibus: ne tribunibus sedebat.

Huc etiam nisi uenire hoc i prima philippica. Fecerat enim hoc idem: haec omnia sunt prius dicta. Agmine quadrato ueluti illico pugnatur. A me quia me occidisset. Mirmilloni lastis satis ausim affirmare corruptum esse locum: & Mirmillo mylasis legendum. Mylasis genere neutro numero multitudinis: Alia ciuitas est in Italia in campo iacens admodum fertilis: cui supra uerticem mons iminet: in quo albus lapis effoditur: Mylasis mirmillo. L. Antonius hoc est tanquam mirmillio pugnauit. In illa gladiatoria pugna: pugna: pugna mylasis.

Hic L. Antonius. Aestimabat: quantum pendere tribuni deberent. nam estimare est aere obligare uel punire unde aestimata poena ab antiquis est dicta. Possessiones: usum agrorum: aut fundi: non etiam dominium. Huius mendicitatis: nam & mendicus erat hoc est tenuissimus: & auidus natura alieni ac appetentissimus. Mendicum dici Verrius putat a mente quae se fellerit fortuna: uel quae precetur quemque ut uitae suae medeatur cibo: ut Festus tradit Varro inquit a minus dici. cui cum opus est minus est. Priuato: homini a quo adiri se non sinebat. Diuisor Antonius: L. a fratre Marco praefectus.

Nisi uictorem: nefaria uox. Magistratu: consulatu. Iter Brundisium: ad accipiendas legiones quae ex Macedonia redierant. Centurionum: quos necaret. Impotentes: insolentes.

Cum inter subsellia Senatus uersarentur latrones. P. C. Sententias dicere: Huc etiam nisi uenire kl. Septembris: fabros se missurum: & domum meam disturbaturum esse dixit: magna res credo agebatur. de supplicatione referebat. Veni postridie: ipse non uenit. locutus sum de Re publico. minus. equidem libere quam mea consuetudo liberius tamen quam pericula minaque postulabant. At ille homo uehemens & uiolentus qui hanc consuetudinem libere dicendi excluderet: Fecerat enim hoc idem maxima cum laude. L. Piso. xxx. diebus ante me: inimicicias mihi denunciauit. adesse in Senatu iussit ad. xlii. kl. Octobris. Ipse interea decem & septem dies: ut digestio potius quam declamatio uideretur: de me in Tyburino Scipionis declamauit. sitim quaerens. Haec. n. ei causa esse solet declamandi. Cum is dies quo me adesse iusserat: nenisset: Tum nero agmine quadrato in aedem Concordiae uenit: atque in me absentem orationem ore impurissimo euomuit. quod die si per amicos mihi cupienti in Senatum uenire licuisset: caedis initium fecisset a me. Sic. n. statuerat: Cum autem semel gladium scelere imbuisset. nulla res ei sine cadendi nisi defatigatio & saeuetas attulisset. Etenim aderat. L. frater gladiator Asiaticus: qui Mirmillo mylasis depugnauerat: sanguinem nostrum sitiebat. suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. Hic pecunias uestras aestimabat: possessiones notabat & Urbanas & rusticas. huius mendicitas auiditate coniuncta in fortunas uestras iminebat. diuidebat agros. quibus & quos uolebat. nullus aditus erat priuato nulla aequitatis deprecatio. tantum quaeque habebat possessor: quantum reliquerat diuisor Antonius. Quae quamquam si leges irritas feceritis: rata esse non poterit: tamen separatim suo nomine notanda esse censeo. iudicandumque nullos Seprauiros fuisse. nihil placere ratum esse: quod elegissent: aut quod ab his actum diceretur. M. uero Antonium. quae est quae ciuem possit iudicare potius: quam teterrimum & crudelissimum hostem: Qui pro aede Castoris sedens audire. P. R. dixerit: Nisi uictorem uicturum neminem: Num putatis. P. C. dixisse eum minatus quam facturum fuisse: Quid uero quod in contione dicere ausus est: Se cum magistratu abisset: ad Urbem uenturum: cum exercitu. introiturum quotiescumque uellet: Quid erat aliud nisi denuntiare. P. R. seruitutem: Quod autem ei iter Brundisium: Quae festinatio: quae pes: nisi ut ad Urbem potius exercitum maximum adduceret: Qui autem delectus Centurionum: Quae effrenatio impotentis animi: Cum eius promissis legiones fortissimae reclamassent: domum ad se uenire iussit. Centuriones quos bene de. R. P. sentire cognouerat. eosque ante pedes suos uxoribusque suam quam secum grauis Impator ad exercitum duxerat: iugulari coegit. Quo anno hunc caelestis futurus in nos: quos oderat: cum in eos quos nunquam uiderat: tam crudelis fuisset: & quam auidum in pecuniis locupletum: quam pauperum sanguinem concupisset: quorum ipsorum bona: quatacumque erant. statim suis comitibus copotari

busq; descriptis atq; ille furens infesta iā patriæ signa Brandu-
sio inferebat: Cū Cæsar deorū immortalū bñficio diuini animi i-
geniū cōsiliū magnitudine cum sua spē cōmuniāq; uirtute tum
approbatione autoritatis meæ Colonias p̄ris adiit. ueteranus
milites conuocauit. Paucis dieb⁹ exercitū fecit. incitatos latro-
nis ipetus retardauit. Postea uero q̄ legio Martia Ducē prætā-
tissimū t̄i h̄t: nihil legit aliud: nisi ut aliqñ liberi essemus. quam
est imitata. Q uarta legio. Quo ille nuntio audito: cū Senatū
uocasset: adhibuissetq; Consularē: q̄ sua sn̄a. C. Cæsarem ho-
stē iudicaret: repente cōcidit. Post autē neq; sacrificiis solēnib⁹
factis: neq; uotis nuncupatis p̄fectus est. & profugit paludat⁹
At quo: in puinciā firmissimorū & fortissimorū ciuū. q̄ illū ne-
sita qdē uenisset: ut nullū bellū inferret: ferre potuissent ipotē-
tē: iracundum: cōtumeliosum: supbū: semp poscentē: semp ra-
pientē: semp ebriū. At ille cuius ne pacatā quidem neq; iam
q̄sq; ferre posset: bellū intulit puinciæ Gallia. Circūsedit Mu-
tinā firmissimā & splēdidissimā. P. R. Colonia. oppugnat. D.
Brutū Impatorem: Consulē designatū: ciuem nō sibi sed nobis
R. P. natum. Ergo Hannibal hostis: cuius Antonius: quid ille
fecit hostiliter: qd̄ hic aut nō fecerit aut nō faciat aut nō molia-
tur: & cogitet: Totū iter Antonii qd̄ habuit: nisi depopulatio-
nes: uastationes: cædes: rapinas: Quæ non faciebat Hanni-
bal: q̄ multa ad usum reseruabat. Hæc ii q̄ in horam uiuerēt:
non mō de fortunis & de bonis ciuū. Sed ne qd̄em de utilitate
sua cogitauerunt. Ad hunc dii boni legatos mitti placet: norūt
isti hoies formā. R. p. iura belli. exempla maiōrū: Cogitant qd̄
p. R. maiestas: qd̄ Senatus seueritas postulet: Legatos decet-
nitis. si ut deprecēt: contēnet. si ut iperētis non audiet. deniq;
quāuis seuera legatis mandata dederimus: nomen ip̄um Lega-
torū: hunc quē uidimus restinguet ardore municipiorū: atq; Ita-
lia frāget aīos. ut omittam hæc quæ magna sunt: certe ista Le-
gatio morā & tarditatē afferet bello. Quāuis dicant: qd̄ quos-
dā audio dicturos: Legati proficiſcant: bellū nihilominus pa-
ret. Tñ legatorū nomen ip̄um & animos molliet. & belli cele-
ritatem morabitur. Minimis momentis. p. C. maximæ inclina-
tiones temporum fiunt. Cum in omni casu. R. p. tum in bello
& maxime ciuili. qd̄ opinione plerūq; & fama gubernat. Ne-
mo quæret quibus cum mandatis legatos miserimus: nomen
ip̄um legationis ultro missæ timoris esse signum uidebit. Re-
cedat a Mutina. desinat oppugnare Brutū. decedat ex Gallia.
non est uerbis rogandus. cogendus est armis. Nō enim ad Hā-
nibalē mittimus: ut a Sagunto recedat: ad quem miserat olim
Senatus. p. Vallerium Flaccū & Q. Fabiū pamphilū qui si
Hannibal nō pareret. Carthaginē ire iussi sunt. Nostros lega-
tos quo iuebim⁹ ire: si nō paruerit Antonius: Ad nostrū ciuē

Quorū ipsorum: Centuri-
onū quos iussit occidit. Cæ-
sar: octavius. Patru: Iulii.

Consularem. L. Pisonem ar-
bitror: uel. Q. u. F. Calenum.

Neq; sacrificiis: ut profectu-
ri in bellum: uel i prouintiam
solent: Impotentem: super-
bum. Hi: antoni⁹ & eius af-
fectæ. In horam: sicut in di-
em dictū uiuere: hoc est præ-
sentis diei habere rationem: d̄
crastino nihil cogitare: sic i ho-
ram. Diu boni: interpositio
qua utimur & cum dolemus:
& cum deridemus aut gaude-
mus. Isti homines: similes
Antonii ac si dicat minime.

Contēnet: eorū more qui de-
teriores sunt rogati. Ardo-
rem municipiorum: in Anto-
nium suscitatum. Quāuis
dicant. L. Piso. & Salustus Tri-
ple. Minimis momentis:
Nocuit semper differre para-
tis. Opinione: non rectitu-
dine tempore ciuili belli Pō-
pei aut: multi: non q̄ ita facere
conueniret Cæsare sequeban-
tur: quem audere Pompeium
deserebant: quem timere aīad
ueriebant. Nō enim ad Hā-
nibalē mittimus: hostem &
externum ducem: sed ad Anto-
nium ciuem. Saguntus celtibe-
riæ ciuitas est a Zacynthiis cō-
dita: quæ adhiberi exitū p̄gen-
ti occurrit. hanc Hannibal cō-
tra populi romanī fœdera di-
ruens belli punici secundī susci-
tauit incendia. Cōuenere rat. n.
fœdere p̄rio punico bello t̄cto
ut Saguntus libera eēt. Hos le-
gatos romanorū auditos esse
ab Hannibale: uanaq; ab eo re-
tulisse responsa Polybi⁹ refert.
Lilius nec in castra admissos
scribit: ambo in eo conueniūt.
Carthaginem profectos ut se-
natus mandauerat: ad ducem
ip̄um pro uiolato fœdere de-
postendum. Sed expositis mā-
datis sic aduersā habuisse Bar-
chinam factionem: ut negle-
cti despectiq; re infecta Ro-
mam redierint.

Pro Hannibale: de poscēdo

Aur uolumus aut possumus quasi dicat minime aut uelle debemus aut posse: cum ea cōtra eū decreuerim⁹. Ad urbem: Brundastio enim urbem oppugnātū aciebat: nisi Octauius terruisset. Edicto allato: de uoluntate ipsius. Vexillū: qd tollit Antonius: quotiens noui aliquid moliri ciues uoluerint Peregrēsi Asia mylalis. Familiā: gladiatores.

Ipsē per se sanus: esto per se sapiat Antonius per Luctum & alios sanus nunq̄ erit. Te retur: inaniter contumetur.

Vnde est adhuc: nam si leniti & pigri in decernēdo quod prius est dictum non fuissent: bellum non esset: Tarditate senatus abusus erat Antonius.

Omne malum nascēs: Ouidius. Principis obsta sero medicina paratur. Cum mala per longas conualuere moras.

mittimus ne Imperatorē: ne Coloniā R. p. oppugnet. Ita ne uero hoc legatos rogandus est: Quid interest p̄ deos imortales: Vtrum hanc Urbē oppugnet: an huius Urbis ppugnaculum: Coloniāq; p. R. prāsidii eā collocata: Belli punici secūdi quod contra maiores nostros Hannibal gefit: eā fuit Saguntī oppugnatio. Recte ad eum legati missi. mittebātur ad penum mittebantur pro Hannibale. hostibus nostris. & locis quid si miltetandem: Nos ad Ciuem mitemus: ne Impatorem. P. R. ne exercitum: ne Coloniā circunsecat: ne oppugnet: ne agros depopulet: ne sit hostis: Age si paruerit: hoc Ciue uti aut uolumus: aut possumus: Ante diem. xiiii. kl. Ian. decretis uestris eum concidistis. constituistis ut hęc ad nos kl. Ian. referrentur quę referri uideatis. de honoribus & prāmiis bene de Repub. meritorū & merentium: quoq; principem iudicauistis eum: qui fuit. C. Cesarem: Qui. M. Antonii impetus nepharios ad Urbem: in Galliam uertit deinde milites ueteranos q; primi Cesarem secuti sunt. tū illas caelestes diuinaq; legiones Martiam & Quartā: qb⁹ cū Consulē suū nō mō reliquissent: sed bello etiā psequerent: honores & prāmia spopondistis: eodemq; die. D. Brui prāstantissimi ciuis edicto allato atq; pposito factū ei⁹ collaudauistis. quodq; ille bellum priuato consilio susceperat: id uos autoritate publica comprobauistis. Quid igitur illo die aliud egistis: nisi ut re hostem iudicaretis Antonium: His uestris decretis aut ille uos æquo animo aspicere poterit: aut uos illū sine dolore summo uidebitis: Exclutit illum a R. P. distraxit segregauit non solum scelus illius: sed etiam: ut mihi uideb: fortuna quædam. R. P. qui si legatis paruerit: Romamq; redierit: Num quando perditis ciuibus uexillum quo concurrant defuturum putatis: Sed hęc minus ueror: Sunt alia ob quæ magis nunq̄ parebit ille legatis. Noui hominis insaniam arrogantiam: noui perdita consilia amicorū: quibus ille est deditus. Lucius quidem frater eius utpote qui peregre depugnauit: familiam deducit: si per se ipse sanus: qd nunq̄ erit: p hos esse tamen ei non licebit. Teretur interea tempus: belli apparatus refrigescet. Vnde est adhuc bellum nisi ex retardatione & mora: Vt primum post discessum latronis uel potius desperatam fugam libere Senatus haberi potuit: semp flagraui: ut conuocaremur. quo die primum conuocati sumus: cū designati Consules non adessent. Ieci sententiā mea maximo uestro cōsensu fundamenta. R. P. serius oīno q̄ decuit. nec. n. ante potui. Sed tñ si ex eo tempore dies nullus intermissus esset: bellum profecto nullū hēremus. Omne malū nascēs facile opprimet. iueteratū fit plerūq; robusti⁹. Sed rū expectabant. kl. Ian. fortasse n̄ recte. Verę prāterita omittamus. Etiā ne hęc morā afferam⁹ dum proficiantur Legati: dum reuertant quorū expectatio

PHILIPPICA Q VINTA

Tumultum: bellum propinquum ac periculosum declarari esse: Sic enim appellabāt uicina bella & ita licet ut gallicū. Iusticiū: quod in magnis periculis. & timore reipublicæ iudici solebat: hoc ē iuris dicē di intermissio: ut apud Liliū sæpissimæ legimus: Et iusticiū quidem dictū: quoniam ius stat. Saga uestimenta militaria: unde Sagatus. Cicero in epistola Sagati in forum descendimus. Sublati uenditionibus: ut nulla sit cuiuspiam uacatio & excusatio a bellis: Præter Galliã totam: comatã & Cisalpinã. Cōtemptionem: non contra se dicebat bellum parti: sed partium esse contētionem. hoc est dissensionem. Sed

dubitationem belli afferet. be'lo aut dubio qd' pōt studiū eē d' lectus: Quāobrem. P. C. legatorū mentionē nullā cēleo faciēdā rem admistrandam arbitror: sine ulla mora: & confestim gerēdam cenleo: tumultum decerni. iusticiū iudici. Saga sūmi dico oportere. delectum haberi. sublati uocatioibus in Vrbe & in Italia præter Galliã totã: Quæ si erunt facta: opinio ipsa & fama uestra seueritatis obruet scelcrati gladiatoris amentia Sentiet sibi bellum cum R. P. eē susceptū. Experietur cōsentie tis Senatus neruos atq; uiros. Nā nūc qdem partium cōtētionem esse dicitur: quarū pūū alteri uicti sūt: alteri sūt i mediis. C. Cæsaris pibus. Nisi forte Cæsaris partes a Pansa & Hircio Cōn. & a filio. C. Cæsaris oppugnari putamus. Hoc uero bellum non ex dissensione partiū: sed ex nefaria spe p ditiū timorū Ciuium excitatū quibus bona fortunæq; nostræ nota sunt. & iā ad cuiusq; opinionem distributa. Legi epistolam Antoni: quam ad quēdā. P. Septimū capitalem hominē Collegā suū miserat. Quid concupiscas tu uideris. quod cōcupiueris certe habebis. Hem ad quem legatos mittamus cui bellum moremur inferre q ne lo: ti qdem fortunas nostras destituit: sed libi dīni cuiusq; nos ita addixit: ut ne sibi quidem qcq; itegrū: qd' n̄ alicui pmissum iā sit reliquerit. Cū hoc. P. C. bello inquam certandū est. idq; confestim: legatorū tarditas repudianda ē. Quæ pp ne multa nobis quotidie decernēda sint. Consulibus totam R. p. cōmittēdā cenleo iisq; pmittendum ut Rēpu. defendant. p uideantq; ne qd. R. p. detrimētū accipiat. Cenleoq; ut iis qui i exercitu antonii sunt: ne sit ea res fraudi si aū Kl. febru. ab eo discesserint. Hæc si censueritis. p. C. breui tēpore libertatē. r. p. auctoritatēq; uestrā recupabitis. Si aut lenius agetis: tñ eadem. Sed fortasse serius decernetis. de. r. p. quoad retulistis: satis decreuisse uideor Altera res ē de honoribus: de quibus dei ceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententiis rogan dis seruari solet. eundem tenebo in uiris fortibus honoradis. A Bruto igitur Consule design. more maiorū capiamus exordiū cuius ut supiora omittam: quæ sunt maxima illa quidē. sed ad huc hominū magis iudiciis. q̄ publice laudata: quibus nam uerbis eius laudes huius ipsius tēporis cōsequi possumus? Neq; enī ullā mercedē tanta uirtus: p̄ter hanc laudis gloriæq; desiderat. qua ēt si careat: tñ si se ipsa contēta. quanquam in memoria gratorum Ciuium: tanq̄ in luce posita lætetur. Laus igitur iudiciū testimoniūque ur̄i tribuēda Bruto ē. Quāobrem his

earū inq; partium quas Antonius dicit alteri uicti sunt hoc est Pompeiani: alteri in partibus Cæsaris sunt: nisi fortasse quispiā sibi persuadet Cæsaris ptes dictatoris a cōsulib' Hircio & Pansa: q Cæsariani fuisse: ac. C. Octauiō cæsaris filio oppugnari: qd' credibile nō est ergo non contentio partium ē sed ipse oppugnatur Antonius

Ad opinionem. pro uoluntate & desiderio cuiusq;. Septē uirū: aut ab ipso diuidendis a pris cum. L. fratre prefectū: aut septē uirū: epulonem significat

Capitalē hominē: fragilissimum: & cuius caput peti debeat ad p̄ham. Cicero: Capitalis eteocles: uel portus Euripides Et uirtutum ac peccatum capitale dicitur p̄pter quod cōmittētis caput peti ad supplicium d' bet: aliter capitale odium capitale morbum dicimus. qd' alterius caput petunt. Alii septimū legunt. Quod concupiscas tu uideris: uerba Antoni Tu cogita & elige qd uelis nullam patiēte repulsam. Ne fortit' quidē: ante bona uestra promissit q̄ ea fors & fortuna distuderet & fierent uictoris occupantis. Ne quid respu. Hoc uti uersiculo reipu. periculosis tēporibus solebāt: quod ait sæpe Lilius. Fraudt: dāno & periculo. Etiā in ueteri iure lectū ē: erit ea res fraudt. Cj. i epistola ad Lētulū. Maiori illi fraudt q̄ tibi futurū. Sed q ordo i sententiis rogādi: A. G. libro quarto ca. x: Qui obseruatū sit d' ordie rogan darū sentētiaq; ante legē d' senatu habēdo q̄ postea fuit lata: scribit. Primi tñ sere cōsules designati rogare solebāt. Salustius i Catilina. Tum Syllanus sententiā rogatus. q̄ eo tpe cōsul designat' erat.

Se ipsa .nam uera uirtus sua ipsius conscientia contenta est etiam si a nullo laudetur: quod ait alto loco Cicero: Muro: q̄ sunt ueluti murus: & i portico habuere maiores Alpes ab an̄ bale .prtus: deide a Cimbris eē supatas: quod Plinius scribit.

Præsides: ad opē ferēdā & defensionē præsides: nā id signū ficit præsides . unde præsides auxiliator: & defensor. Antonio diadema Cæsari imponētes: supercalibus quod dictū est prius. Illa: sub Cæsare seruitutem. Moderatōe: cū in p̄tib⁹ Cæsari & magister egit illius eēt: exercitūq; haberet: plebe q̄ dē uociferāte: & ut Cæsaris necesse ulcisceret̄ obtestāte: faciēdū eē dissuasit: quod Appian⁹ scribit. Pietas: q̄ cū patre sen serunt: & contra Cæsare pater nā pietate ducti arina sumptey runt. Fraudī dāno, Sex. Pōpetium: is ab oībus fere dilige batur: Lepidus suasit acciri ex Iberia: ubi contra Cæsaris p̄tores bellū gerebat: q̄ p̄ paternis bonis in publicū redactis uicies & quinquagies decē milia drachmas aticas repēdi Maris quoq; iperitū dari quē admodū parēs ei⁹ oīi hūisset: ut i gruentibus casibus romāo rū classe ubiq; ea eēt: uti possēt: quod senatus concessit & si Appianus hoc Antonium tradit suasisse.

uerbis .P.C. Senatus. C. faciendum cenleo: Cum D. Brutus Imp. Cos. defig. prouinciā Galliam in Senatus .Pō. q̄. Ro. potestate teneat .cumq; exercitum tantum breui tempore: sūmo studio municipiorum: coloniarumq; puintia Gallia optime de .R.P. merita merentisq; conscripserit comparari: id eū recte & ordine exq; .R. p. fecisse: idq; .D. Bruti praestantissimū meritum in Rempubli. Senatui populoq; Roma. gratum esse & fore itaq; Senatum poq; .Ro. existimare .D. Bruti Imperatoris Cos. defig. opera: consilio uirtute .incredibiliq; studio & consensu .prouincia Gallia. Reipubli. difficillimo tempore esse subuentum. Huic tanto merito Bruti .P.C. tantoq; in .R. P. quis est tantus honos qui non debeatur? Nam si .M. Antonio patuisset Gallia. si oppressis municipiis: & Colonis impa ratis: in illam ultimam Galliam penetrare potuisset: Quante Reipub. terror impenderet: dubitaret credo homo amentissimus atq; omnibus consiliis praeceptis & deuiis: non solum cū exercitu suo sed etiam cum omni immanitate Barbaria bellū inferre nobis. Ut eius furorem ne alpiū quidem muro cohibere possemus. Hac igitur habenda gratia est .D. Bruto: qui illum nondum interposita auctoritate uestra: suo consilio atq; iudicio: non ut consulem recapit: sed ut hostem arcuit: Gallia seq; oblideri: q̄ hanc urbem maluit. Habeat ergo huius tanti facti tanq; praclaro decreto uestro testimonium sempiternum Galliaq; quae semper praesidet atq; praesedit huic imperio liber tatiq; coi: merito uereq; laudet q̄ se suasq; uires non tradidit: sed opposuit. Atq; etiam .M. Lepido p̄ eius egregiis in Rempu. meritis decernēdos honores quam amplissimos cenleo. Semper ille populum Ro. liberū esse noluit maximūq; signū illo die dedit uoluntatis & iudicii sui. cum Antonio Diadema Cæsari imponente se auertit: genitūq; & moestitia declarauit quantum haberet odium seruitutis: quam Populum Ro. liberum cuperet: q̄ illa quae tulerat temporum magis necessitate: quā iudicio tulisset. Quanta uero is moderatione usus sit: in illo tēpore ciuitatis: quod post mortem Cæsaris cōsecutum est: quis nostrum obliuiscipoteft: magna haec. Sed ad maiora p̄perat oratio. Quid enim odii imortales admirabilis omnib⁹ gentibus: quid optatius Populo Ro. accidere potuit: quam cū bellum ciuile maximum esset: cuius belli exitum omnes tēremus: sapientia & iā id potius extingui quā armis & ferro rē i discrimen adducere: Quod si eadem ratio Cæsaris fuisset: in illo tetro misereq; bello. ut omittā patrē: duos Cn. Pōpeii lūmi & singularis uiri filios icolumes hēemus: qb⁹ certe pietas fraudi eē nō dēt. Vtinā oēs .M. Lepidus seruare potuisset. facturū fuisse declarauit: i eo qd' potuit: cū Sex. Pōpeii restituit ciuitati maximum ornāmētū. .R. P. clarissimum monumentum cle

PHILIPPICA Q VINTA

mentiae suae. Grauis illa fortuna .p.r. graue fatum pompeio enim patre quod Imperii .P. R. lumen fuit extincto. Interfectus est patris simillimus filius. Sed omnia mihi facta uidentur de orum immortalium iudicio & pietate. Sex. Pompeio. R. P. conseruato. Quam ob causam iustam atque magnam & periculosissimum ciuile bellum maximumque humanitate & sapientia sua. M. Lepidus ad pacem concordiamque conuertit. S. C. his uerbis conuulso praescribendum. Cum a. M. Lepido. Imp. pontifice Max. Saepenumero Repu. & bene & feliciter gesta sit populusque. R. intellexerit. ei dominatum Regium maxime displicere. Cumque eius opera uirtute consilio singularique clementia & mansuetudine: bellum accerbissimum ciuile sit restitutum. Sex. Pompeius. Cn. F. Magnus huius ordinis auctoritate ab armis discesserit. & a. M. Lepido Imp. pont. Max. summa Senatus: populique Romani uoluntate ciuitati restitutus sit Senatum populi. Ro. pro maximis plurimisque in Rempublic. M. Lepidi meritis: magnam spem in eius uirtute auctoritate felicitate reponere: oculi pacis concordiae libertatis: eiusque in Rempublic. meritorum Senatum Populumque Ro. memorem fore. Eique statuam equestrem in aura: am in rostris aut quo alio loco in foro uellet: ex huius ordinis sententia statui placere. Qui honos P. C. mihi maximus uidetur. Primum quia iustus est: non enim solum datur propter spem temporum reliquorum: sed pro amplissimis meritis redditur. Nec uero cuiquam possumus commemorare hunc honorem a Senatu tributum iudicio Senatus soluto & libero. Venio ad. C. Caesarem. p. C. qui nisi fuisset: quis nostrum esse potuisset. Aduolabat ad Urbem a Brundisio homo impotentissimus: ardens odio: animo hostili: in omnis bonos cum exercitu Antonius. Quid huius audaciae & sceleris poterat opponi? nondum ullos duces habebamus: non copias: nullum erat consilium publicum: nulla libertas: dandaer uerba erant crudelitati nefariae: fugam quaerebamus omnes quae ipsa exitum non habebat. Quis tum nobis: quis Populo Romano. obtulit hunc diuinum adolescentem deus: qui cum omnia ad principem nostram profuissent illi ciui paterent: subito: praeter spem omnium exortus prius confecit exercitum: quem furori. M. Antonii opponeret: quae quicquam hoc cum cogitare suspicaret Magni honores habuit Cn. pompeio cum esset adolescens: & quidem iure: subuenit enim Reipublice. sed aetate multo robustior: & militum ducem quaerentium studio paratior: & in alio genere belli. Non enim omnibus Syllae causa grata: declarat multitudo proscriptorum: tot municipiorum maximae calamitates. Caesar autem annis multis iunior ueteranos cupientis iam requiescere armauit. eam complexus est causam: quae esset Senatui: quae Populo quae cunctae

Patris simillimus filius Cn. Pompeius is apud mundam uictis Pompeianis clam fugit: crucifaucio & defera ac uia petit apud Lauronem oppidum a Caesare pugnas occisus est. Solutus & liber: Tributus fuerat hic honor fortasse aliis: sed ante Caesarem ac minime libero senatu: Simile est illud Iuuenalis de Cicerone. Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit. Homo in potestatisissimus: insolentissimus. Quae ipsa exitum non habebat: quam non inueniebant cum omnia essent interclusa. Magni honores habuit: pulcher locus compositio: Cynnano & Syllano tumultu Pompeius in Piceno erat ubi agros habebat & relictas a patre clientelas: cum quae plerisque optimos & clarissimos ciues ad Syllam perficere animaduertent: indignum ratus: si solus ipse quae ageret: ac non potius cum compositis ad Syllam iret: Picenum omne commouit tertium & uiginti annu agens: praetoris assumpsit propria auctoritate in ignibus Auximum delectum militum habuit legiones tres conscripsit. cum quibus ad Syllam contendit: omnes quocumque ibat: sollicitas: ut a Carbone deficerent Qui caesare Cynna partibus successerat: & multo in potestior erat. Ad Syllam proficiscens tres simul duces circumuenire in itinere adortus: Carinam: Caestum: Brutum supauit: Victor tandem ad Syllam ueniens imperator salutaris est: & in maximo honore habitus: moxque in Celtiberiam missus: & inde in Siciliam & Africam ex quibus praecipuis uictor rediens magnus est cognominatus. nec multo post etiam triumphauit: Adolescens: tertium & uiginti annorum. Multo robustior: quam Octavius: qui erat octo & decem Paratior: expeditior quoniam milites ultro deposcebant: cum Veterani inuiti Octavianum sequerentur. quippe quae quiescere iam optabatur. In alto genere belli: praecipua senatus contra Carbonem Perpernam. Sertoriumque erat senatus & reipublice hostes. Non enim omnibus: sicuti nunc senatus: & si cum Sylla tunc sentiret senatus: Multitudo

proscriptorum . proposuit illam ingentem tabulam Sylla . & ex ipso equestris ordinis flore ac senatu duo milia elegit : qui mori iuberentur . Ille : Pompeius . In aduersariorum partibus : Carbonis & cæterorum qui agrum Picenum munerant : & in sua habere potestate supabant : sed ab eis auocauit Pompeius . Eo ad eum locum : ire in galiam contra Antonium . Quo cuique optimo . scilicet eundem est . Itaque illa quæ ramus : demus Imperium & auctoritatem . C. Cæsari : quod uix consequemur hoc est uix efficiemus ut antonium coerceamus . Pontificem : pro patre & si Lepidus inuaserat pontificatum . Proprætor . decretis a senatu falsibus Eiusque honoris : lex erat Romæ quæ ei quæstor fuisset : licebat sequenti anno tribunatū plebis : præturā : & alios magistratus petere . Cetero ergo Cicero Sic Octauii rationem habedā : & si quæstor non fuerit : quemcūque honorem petat : ac si lege petat : idque agit ut legibus soluantur annalibus : neque illis sit obnoxius : Leges uero annalibus plures fuere & a pluribus latæ quibus ætas prescribatur : cui petendorum magistratum præsertebat legibus enim annalibus . ac si dicat id ætas prescribatur . quia temeritatem timebant . quæ propria est adolescentiæ . Et Cicero ait in Catone maiore Temeritas est florentis ætatis : prudentia senectutis : non quæ inueniri non queat adolescentens quæ prudentia senes antecant : Nā de Ascanio inquit Virgilius ante annos animū quæ gerens : curamque uirilem . Aristoteles nihil interesse inquit ætate quis iuuentis sit an moribus neque in annis culpā esse : sed in utuendo & perturbate singula persequendo . Progressum ætatis . ut per ætatem petere honores : & legibus possit : Itaque maiores nostri . ostendit admodum uetustas annales leges non esse : & ambitione quadam latas : dum scilicet ægre ferrent quidam homines æquari sibi honoribus quæ minoris existeret ætatis ideoque uoluisse ut quidam gradus essent petitionis . Verbi gratia Qui . xx . annis agerent : ædilitatem petere possent : Qui quadragesimū Quæsturā & Præturā : Qui quadragesimū tertium Consulatum . & obfuisse dicit has leges . Quoniam multi quæ petiissent potuisse reipublice . Si gerere magistratū potuissent : ante quæ in ætate essent : qua petere liceret : extincti sunt . Magna in dolens : ac si diceret specimen & apparentia non significatio solum uirtutis idem in officiis in quibus est uirtutis indoles comouentur . Et si indoles tunc proprie dicitur : cum maior in pueris elucet uirtus : quæ ætati conueniat : Rullus : Decimus Coruini multique alii : usurpat pluralem numerum . Rullus uero est Quæ . Fabius Rullus primus ex

Italiae : quæ diis omnibus gratissima . Et Pompeius ad L. Syllæ maximū imperium : uictoremque exercitū accessit . Cæsar se ad neminem adiunxit : ipse princeps exercitus faciendi & præsidii comparandi fuit . Ille in aduersariorum partibus agrum Picenū habuit munitum . Hic ex Antonii amicis sed amicioribus libertati contra Antonium confecit exercitum : illius opibus Sylla regnauit : huius præsidio Antonii dominatus oppressus est . Demus igitur imperium Cæsari : sine quo res militaris administrari : teneri exercitus : bellum geri non potest : & pro populo romano ire quo cuique optimo : qui honores : quantum est magnus illi ætatis : tamen ad necessitatem rerum gerendarum non solum ad dignitatem ualet . Itaque illa quæramus quæ uix hodierno die consequemur . sed sæpe ipso fore huius adolescentis hortandi honorandi : & nobis & Populo Romano . potestatem . Hoc autem tempore ita censeo decernendum . quæ . C. Cæsar . C. F. Pontifex Proprætor summo Reipublice . tempore milites & ueteranos ad libertatem Populi Romano . cohortatus sit : eosque conscripserit : quodque legio Martia Quartaque summo studio optimoque in Reipublice . consensu . C. Cæsare duce & autore Reipublice . libertatem . P. R. defendat defenderint : & quod . C. Cæsar proprætor Galliarum puinciarum cum exercitu subsidio profectus sit : equites : sagittarios : elephantos : in suam populique Romano . potestatem redegerit : difficillimoque . R. p. tempore salutis dignitatisque populi Romano . subuenerit . Ob eas causas Senatui placere . C. Cæsarem . C. F. pontificem proprætorē Senatorem esse : sententiamque loco . præ . dicere : eiusque honoris rationem quemcūque appetet ita haberi : pot haberi lege liceret : si anno superiore . Quæstor fuisset . Quid est enim . p. C. cur eum non quæ primum amplissimos honores capere cupiamus . Legibus enim annalibus cum grandiore ætate ad Consulatum constituebant : adolescentiæ temeritatem uerebantur . C. Cæsar in eunte ætate docuit ab excellenti eximiaque uirtute progressū ætatis expectari non oportere . Itaque maiores nostri ueteres illi admodum antiquas leges annales non habebant . quas multis post annis attulit ambitio : ut gradus essent petitionis inter æquales . Ita sæpe magna indoles uirtutis priusquam Reipublice . prodesse potuisset : extincta fuit . At uero apud antiquos Rullus

PHILIPPICA Q VINTA

ea familia ob uirtutes maximus cognominatus. qui magister equitum Papyrio dictatore pene est securi percussus q̄ contra eius edictū cū Sānitibus & si p̄spe pugnauerat solutus legibus consul añ tēpus factus ē. De quo multa L. uias. yli. & xi. ab ur. con. Decii: P. Decii⁹ bello Sanitico tribunus militū Aulo Cornelio cōsule exercitū in locū iniquū conlectum seruauit: collē. n. occupauit iminētē ei in quo sanites confederant: Consuli occasione euadēdi de. lit: ipse ab hostibus circūseprus eripit. Sequenti anno ante tempus consul creatus cū. T. Manlio bello latino se deuouit. Coruini. M. Valerius Tr. militū bello gallico: gallū a quo

Decii Coruini multiq; alii recentiore: autem memoria superior African⁹. T. Flamini⁹ admodū adolesecētes Cōsules facti tantas res gesserūt: ut Po. R. impiūm auxerit: nomē ornauerint. Quid Macedo Alexāder cū ab i eūte atate res maximas gere re capisset: nōne tertio & trigesimo āno mortē obiit: quæ est ætas nostris legibus. decē ānis iunior q̄ Cōsularis: ex quo iudicari pōt: uirtutis esse q̄ ætatis cursum celerio rem. Nā q̄ ii qui Cæsari iudēt: simulant se timere: ne uerēdum quidē ē: ut tene re se possit ut moderari: ne honorib⁹ nostris elatus itēperanti⁹ suis opib⁹ utatur. Ea natura rex ē. P. C. ut qui solum ueræ gloriæ cœperit: q̄q; se ab Sēatu ab Equibus. R. Po. q. R. uniuerso senlerit Ciuē clarū haberi salutareq; R. P. nihil cum hac gloria cōparādum putet. Vtinā. C. Cæsari patri dico atigisset adolesecēti. ut esset Senatū atq; optimo cuiq; carissim⁹: quod cum consequi neglexisset: omnem uim īgenii quæ sūma fuit illo: ī populari leuitate consumpsit. Itaq; cum respectum ad Senatū & ad bonos non haberet: eam sibi uiam ipse patefecit ad opes suas amplificandas: quam uirtus liberi populi ferre non posset. Eius autem filii longissi. ne diuersa ratio: q̄ cum omni bus est: tum optimo cuiq; carissim⁹: in hoc spes libertatis posita est. ab hoc accepta iam salus: huic summi honores & exquirunt & parati sunt. Cuius igit̄ singularem prudentiam admiramur: eius stulticiam timemus. Quid enim stultius: quam ī uilem potentiam inuidiosas opes cupiditatem dominandī p̄cipitem & lubricā anteferre ueræ graui solidæ gloriæ: an hoc uidit puer: si ætate processerit non uidebit. At est quibusdam inimicus clarissimis atq; optimis ciuibus: nullus iste timor esse debet. Omnis Cæsar inimicitias Reipu. condonauit. hanc sibi iudicem constituit: hanc moderatricem omnium factorū. Ita enim ad. R. p. accessit: ut eam confirmaret: non ut euerteret. Omnis habeo cognitos sensus adolescentis: nihil est illi re pu. carius: nihil uestra auctoritate grauius: nihil bonorum uirorum iudicio aptius: nihil uera gloria dulcius. Quamobrem ab eo non mō nihil uimere: sed maiora & meliora expectarē deus: neq; ī eo q̄ ad. D. Brutū obsidiōe liberādū p̄fect⁹ sit

prouocatus fuerat insidēte galea Coruo & unguibus rostro q̄ ī festate hostē iteremit: Coruini sibi posterisq; ea cā uēdicauit cognomen: cōsul p̄ximo āno: creatus est ob uirtutem: cū xxlii. ageret ānum. L. uias auctor li. vii. ab ur. con. & Valerius ti. de his quæ magnifica cui q̄ cōtingere. Supior africanus hic & ædilis ante annos fact⁹ ē: & prætor cū ageret. xxlii. annos: & consul tunc cū concedēte collega in africā traiecit. Valerius max. Superiori inquit africanus cōsulatus ceterior legitimo tpe datus ē: quod fieri oportere exercitus s̄tis senatum admonuit. ita nescias utrū illi plus decoris patrū conscriptorum auctoritas: an militū consilium adiecerit. toga. n. scipio nē ducē aduersus p̄cnos creauit. arma poposcerūt. T. Flaminius. T. Qu. Flaminius tēpore belli Macedonici: & ipse solutus legibus ē consul. n. factus aduersus Philippū macedoniæ regē sceleriter pugnauit in faulibus eptri: fugatū coegit in regnum reuerti. Iunior q̄ cōsularis q̄m: xlii. āno licet petere: Iunior & senior cōmunis sunt generis: & Cicero ait Seniore republica. Cursū celerio rem. sæpe enim anteit æratem uirtus. Nam q̄ ii: Hæc Octauii obiticebant aduersarii quibus occurrit: Nihil cū gloria. q̄ falleris Cicero: & cōtra te sunt quæ scribis in officio libro primo. Sed illud odiosum est quod in hac elatione & magnitudine animi facillime priacia & nimia cupiditas inuisatur principatus: & totus locus qui sequitur: & aliud est expetere ueram gloriam aliud simulare: Multis enim quod ait Cicero: Simulationū in uolucris obtegatur: & quasi uelis quibusdam obumbratur uni⁹

cuiusq; natura: frōs: oculi: sæpe mētiunt: oīo uero sæpissime. Adolesecētia. fuit. n. lubrica adolesecētia corrupta: & ad oē scēl⁹: sed scipue seditōes p̄na appetēs uero p̄cipat. iā tē maxie extitit Iuli⁹. Leuitate: furoꝝ populi: ubi largitōib⁹ & malis artib⁹ cōciliato. Nō posset: sic ut tādē non tulit. sed exinxit. Hoc uidit:

hoc animaduertit ut uerā gloriā adipisceretur Memoria domesticū doloris. Iulli patris occisi: id quod multi taetabā: non confidendum Cæsari qui priuatum accepisset uulnus: & ulturus crederetur. Facere nō auderē: si quid scilicet timēdū esset. Qui ager colonis esset Cæsar dictator bellis confectis legē tulit: qua ueterāis prēmīa distribuit: deductis enim in colonias agrorum certum modum uirittū assignauit: Si quis plus occuparet adimi: & distribut aliis ueteranis qui prius missis adderentur: uoluit.

Quo ad quas colonias.

De agro cāpano: qui semp̄ po. ro. fuisse & diuisus nūq̄ extitisset quod multi in locis dicit Cicero. Secūda & .xvi. s. legio: & sic habet uera & antiq̄ lectio. Extra: præter



Pisonis ac nō nullorum qui Antonio fauebant in senatu uictē sentētia d' antēdis ad Antonium legatis. Fuere autem Serulus Sulpitius. L. Cæsar. L. Piso. L. Philippus: quib⁹ hæc mandata Cicerone præscribēte & si inuito eo legatio erat d' creta a senatu data sunt ad Antonium: ut Mutina confecti d' scederet. ut Decimo Gallia p̄uincia cederet: quæ intra alpes & Rubiconem amnē ē. ut exercitum citra flumē educeret ita tamen ut non propius urbem ducetis milibus admoueret: Præstinus item dies est: quo si non pareret hostis reip. haberetur. Iam profecti erant legati. Quid ergo i senatu actū sit frequenter populum: scire

timere ne memoria maneat domesticū doloris: quæ plus apud eum possit q̄ salus ciuitatis. Audebo etiam obligare fidem meam .P. C. uobis: populoq; R. q; profecto cum me nulla uis cohereret: facere non aderem. pertimescerēq; in re maxima periculosam opinionem temeritatis: p̄mitto recipio sp̄o deo .P. C. C. Cæsarem talē semp̄ fore Ciuem: qualis hodie sit: qualem eū maxime uelle eē & optare debemus. Quæ cum ita sint: de Cæsare satis hoc tempore dictū habeo. Nec uero d. L. Egnatuleio fortissimo & cōstātissimo Ciue amicissimoq; R. Pu. silendum arbitror. Sed tribuēdum testimonium uirtutis egregiæ: q; is legione Quartam ad Cæsare adduxerit: quæ præsidio consulib⁹ Senatui populoq; R. Reipu. esset ob eam cām placere uti .L. Egnatuleio tricēnium ante legitimum tēpus Magistratus petere capere gerere liceat. In quo .P. C. non tantum cōmodum tribuitur. L. Egnatuleio: q̄tum honos. In tali enī re satis est nomiari De exercitu autem .C. Cæsaris ita censeo decernendum. Senatui placere: militibus ueteranis: qui cæsaris Pontificis auctoritateq; huius ordinis defenderint atq; defēdant: iis liberisque eorum militiae uacationē eē. Vtiq; .C. Panfa. A. Hircius cōn. alter ambo ue cognoscerēt: q; ager colonis eēt: quo milites ueterani deducti essent. qui contra legē Iuliā possideret: ut is militibus ueteranis diuideret De agro cāmpāo separatim cognoscerēt: iniretq; rationē de cōmodis militum ueteranorum augēdis: legioniq; Martiæ & legioni Quartæ: & iis militibus q; de legione Secūda & .xvi. ad .C. Panfam. A. Hirciū conf. uenissent suaq; nomina dedissent. q; iis Senatus populiq; Romani libertas carissima sit: & fuerit: uacationē militiae ipsis: liberisq; eorū esse placere: extra tumultum Gallicum Italicumq; easq; legiones bello confecto missas fieri placere. Quantamq; pecuniam militibus eaq; legionū in singulos .C. cæsar pontifex p̄p̄tor pollicitus sit: tantam dari placeat. Vtiq; .C. panfa. A. Hircius consules alter ambo ue rationem agri habeāt. qui sine iniuria priuatorū diuidi possit isq; militibus legionis Martiæ & legionis Quartæ ita darēt: assignarēt: ut quib⁹ militib⁹ amplissime dati assignati eēt Dixi ad ea oīa consules de quibus retulistis: quæ sine mora matureq; decreta: facilius apparabitis: ea quæ tēpus & necessitas flagitat. Celeritate autem opus ē: quæ si essemus usi: bellū: ut sæpe dixi: nullū haberemus.

.M. T. Ciceronis. in. M. Antonium ad

Quirites Philippica Sexta.



V dita uobis esse arbitror Quirites quæ sint acta i Senatu: quæ fuerit cuiusq; sentētia. Res enim ex Kl. Ian. agitata: paulo ante confecta est: minus q; dem illa seuer q̄ decuit non tamen omnino dissolute: Mora est allato bello: non causa sublata: